

germinet, fructumque ferat. ita *Piscat. Glass. l. 5. A*  
 philol. p. 229. quem vide: *Belga. Muus, &c.* Vel  
 verbum זרע generatim accipiendum erit de  
 qualicunque *dispersione* seu dilatatione, quâ quid  
 longè lateque extenditur, aut passim conspici-  
 endum datur, iterum ad instar *feminis*, quod lar-  
 gâ satoris manu per totum disseminatur agrum.  
 Hac ratione Gaudii describitur copia, dilatatio,  
 manifestatio. Confer *Prov. IV, 18.* ubi iter justor-  
 um comparatur luci splendidae, pergenti luce-  
 re usque ad perfectum diem. item *Psal. xxxvi,*  
*10. XLIX, 20. Jes. LX, 3.* Lutherus: muß immer  
 wie der aufgehen. (Vinariens. es muß in ihren Her-  
 zensschön grünen und blühen/ *Jes. xxxv, 1.*) Prius:  
 dem Gerechten ist ein Licht aufgegangen fortè זרע  
 accepit tanquam æquipollens voci זרע *Psal.*  
*CXII, 4.* sicut & *Vulg. lux orta est.* Vel rationem  
 habuit idiomatis German. ubi, das Licht ist gesäet  
 worden/ (ceu reddidit *Rud. Gualtherus*) à ne-  
 mine capietur facilè. Quare sensum expressit,  
 quòd, sicut *semen* ex terra paulatim prodiens in-  
 dies magis magisque se diffundat, sic lux quo-  
 que consolationis obscurior sub initium & *Kir-*  
*cher. usu 2. concord. exempl. 10.* Quam ineptè autem  
*Pellicanus, Bellarminus, Capellus Crit. S. f. 242. 310.* su-  
 spicentur mendum in fontibus (ac si pro זרע le-  
 gendum זרע) cognosces ex *Hakspan. tr. ad Nizz.*  
*de Rabb. p. 313. seq. item ex ann. h. l. adde Buxtorf.*  
*ant. crit. p. 582.*

וְיִשְׂרָאֵל *rectis corde:* ) i. e. sinceris Dei  
 cultoribus, de quibus dictum *Psal. XCIV, 15.*  
*LXIV, 11. &c.*

#### EXPLICATIO VERSUS XII.

שמחו *letamini:* ) producta hætenùs infi-  
 gni Numinis Supremi majestate, nec non verâ  
 piorum hujus cultorum felicitate, conclusio  
 infertur de intimis in Deo hoc concipiendis gau-  
 diis, adeò ut nulla vel mundana negotia, vel  
 gaudia carnalia, vel mærores alii, id debeant  
 inturbare vel intercipere; vide *Psal. xxxii,*  
*11.* וְשִׂיחַ in Domino זָבִילוּ justis, & cantate omnes  
 recti corde.

וְהוֹדוּ *celebrate:* ) tum voce afsâ, tum  
 adhibitis etiam instrumentis musicis: vide *Psal.*  
*xxxiii, 2.* וְהוֹדוּ לֵיהּ cithara, &c. *Psal. xxx, 5.*  
 וְהוֹדוּ לְזִכְרֵךְ קִדְשׁוֹ, ubi eadem prorsus, quæ hic,  
 verba.

לִזְכוֹר קִדְשׁוֹ *memoriam sanctitatis ejus:* )  
 i. e. memoriam ejus sanctam, vel sanctitatem  
 ejus memorandam. Notum namque, in hujus-  
 modi substantivorum constructione modò pri-  
 us, modò posterius, induere naturam adjecti-  
 vi. Accipitur autem זָכַר non pro facultate  
 recordandi præteritorum vel absentium, sed pro  
 facultatis ejus objecto, seu pro operibus Dei  
 memorabilibus, quorum *recordari* mentionem-  
 que facere tenemur jugiter: vide *Psal. xxx, 5.*  
 Hæc igitur Dei in ecclesiam profecta beneficia  
 sanctissima celebrari à nobis debent palàm, in-  
 desinenter, devorè, humiliter, hilariter, &c.  
*Lutherus olim:* und dancket zum Gedächtniß seiner  
 Heiligkeit postea: und dancket ihm und preiset sei-  
 ne Heiligkeit/ q. d. celebrate eum in perpetuâ re-  
 cordatione sanctissimæ voluntatis atque ope-  
 rum. *Belga:* zum Gedächtniß seiner Heiligkeit. i. e.  
 ut sanctitas in memoriâ jugiter conservetur, ceu  
*sebol. habet.*

#### USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) Jehova, in carne manifestatus, (1. *Tim. III,*  
*16.*) regnat, dracone subjugato antiquo: (*Gen. III, 15,*  
*Apoc. XII, 9. Psal. cx, 1. Jer. xxiii, 6.*) *L. de regno*  
*Christi.*

(2) Gaudium sic partium est universis *Adami* poste-  
 ris: *Luc. II, 14. Rom. V, 18.* De gaudio isthoc *spiri-*  
*tuali, in quo consistit regnum, vide Rom. xiv, 17.*

(3) Insulæ nunquam pertinuerunt ad ecclesiam *Is-*  
*raeliticam:* nova igitur hic describitur ecclesia facies in  
*N. T. Conf. Joh. V, 22. Matth. xxviii, 18. Gloria hu-*  
*jus testamenti amplior: 2. Cor. III, 9.*

[4] Gaudium peccatori nunquam exoritur ex *Le-*  
*ge:* evangelii igitur bona causam dant gaudendi: *Rom.*  
*III, 21. I, 16. Joh. I, 16. 17.*

#### USUS E VERSU II.

(1) De mysteriorum regni imperscrutabilitate.

(2) Judiciorum horribilitate.

(3) Divina majestatis in carne occultatione; (*Phil. II,*  
*6.*) vide suo loco.

(4) Justitia Messie sit nostra: *Jer. XXIII, 6. 1. Cor.*  
*I, 30. 2. Cor. V, 20.*

(5) Judicium universale sequetur suo tempore. *Extr.*  
*Jud.*

(6) Thronus Christi fundatus inviolabiliter: *Dan.*  
*II, 44. VII, 14. Jes. IX, 7.*

#### USUS E VERSU III.

(1) Magna est elementi Ignis potestas ad lucendum,  
 liquandum, absumendum, cruciandum, &c. qua cuncta  
 inserviunt Regi nostro succensenti. *L. de majestate Re-*  
*gis, de pœnis peccatorum.*

(2) Antecedit ignis Regem, ut terreantur tempus-  
 que resipiscendi habeant hostes.

(3) Incorrigibiles puniuntur severè: *Matth.*  
*XXII, 7.*

#### USUS E VERSU IV.

(1) Fulgura per præconium penitentiae illumina-  
 runt terrueruntque gentes non parùm: *conf. Act. II,*  
*37. X, 44. Psal. xxix, 3.* Alia doctrinalia vide  
 in annot.

(2) Orbem totum penetrarunt hæc fulgura:  
*Rom. X, 18. Pf. xix, 5. Col. I, 23. Jes. XLIX, 6. adeoq;*  
*orbis, qui sine fructu vidit eadem, est ἀναπολόγητος.*

(3) Timor, pro ratione vel resipiscendum, vel pergen-  
 tium est diversus. v. I. præc. Terribile, incidere in manus  
 Regis hujus irati: *Psal. II, 12. Ebr. X, 31. Apoc. VI,*  
*16. seq.*

#### USUS E VERSU V.

(1) Montes referunt magnates seculi, ob eminenti-  
 am, vastitatem, &c.

(2) Liquefiunt montes diversimodè, vel ad emen-  
 dationem, (ut *cor Hiskia 2. Reg. xxii, 19.*) vel ad pœ-  
 nalem consumptionem.

(3) Vide, cor tuum sit cera flexilis.

(4) De horrore diei ultimi in *L. L.*

(5) Dominium Dei est illimitatum per universam  
 terram.

#### USUSE VERSU VI.

(1) Cœli, ac quævis cœlestia, annunciant Dei ju-  
 stitiam, tanquam inculpabilem, manifestatam satis:  
 &c. v. *Psal. xix, 1. Psal. lxxxix, 6.*

(2) Justitia Dei complectitur etiam promissorum  
 evangelicorum adimpletionem æquam, adeoque tunc  
 Clementia